

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

6ta Visitatio Sanctissimi. Variæ Petitiones.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

bus debitæ , cuiusque semper judicabit esse dulcem, quia cum illi divinæ manus tuæ porrigitur.
Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?
Joan. 18.

6ta Visitatio Sanctissimi.

Varie Petitiones.

1. O Pater æterne , Filius tuus D. N. J. C.
factus in agonia prolixius orabat. Luc. 22.
Et ego ergo morti proximus summâ cum animi demissione ad thronum tuum me sisto impensissimè rogans ; ut, cùm tuam in me creando & conservando potentiam impenderis , eandem impendere velis ad defendendum me, ac perducendum ad illum finem , cuius causâ me creasti & conservasti.

2. O verbum æternum , per amorem illum, quo carnem nostram pro me induisti , & per tantos cruciatus me redemisti. Rogo te, ut modo magis, quam unquam alias, sanctissimæ passionis tuæ fructus applicare mihi digneris , meque perducere ad eum terminum, paradisum scilicet, quem mihi promeruisti.

3. O Sancte Spiritus , qui in S. Baptismate aliisque Sacramentis me sanctum reddidisti; rogo te , ut nunc opus tuum perficere, meque in gratia tua sanctificante morientem ad æternam gloriam perducere digneris. Ut pro immenso hoc beneficio per totam æternitatem tibi gratias agere possim , & qui insiguitus sum signaculo SS. Trinitatis , æternum quoque ante

Pars tertia

300 ejusdem thronum prostratus canam : Sanctiss.
Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

4. O sacratissima Christi humanitas , quam
prætentem hic & in SS. Eucharistia absconditam
adoro , te supplex rogo per eum amorem , quo
me plus , quām tuam propriam vitam amāsti , ut
in hac tam magna mea necessitate assistere mihi
velis , & officium Salvatoris perfectè adimplere
perducendo me ad terminum salutis meæ . *Iesu*
sis mihi Iesu , & salvame . Quarens me sedisti
lassus , redemisti Crucem passus , tantus labor non
fit cassus .

5. O Mater Dei & Virgo immaculatè con-
cepta , ego te toties tanquam Reginam Angelorum
& hominum & Dei Matrem , ac universalis
Ecclesiæ totius Patronam & Dominam invoca-
vi , ego per teneram erga Mysterium immacu-
latæ Conceptionis tuæ devotionem te interpel-
lavi sœpius , & adhuc interpello pro duobus , scilicet
puritate animæ ac castitate corporis , & pro
felici mortis hora . Talem jam Patronam te mihi
exhibe , & à Filio tuo auxilia illa efficacia
mihi impetra , quæ ad benè moriendum requi-
runtur .

6. Tu mi Angele Tutelaris , tu S. Josephe , S.
Barbara , omnesque Sancti , qui à Deo in Pa-
tronos morientium electi estis , sancti denique
Patroni mei omnes in Sacramento Baptismi ,
Confirmationis mihi dati , in ordine statu , ad
quem vocatus sum , à Deo in Duces ac Præce-
tores mihi assignati , singulis demum mensibus
per annum in Patronos mihi fortè dati , vos rogo
&

& adjuro : Ut quantum ipsi vos divinæ bonitati , per quam æternam beatitudinem consecuti estis , obligatos esse intelligitis , tantum vos nunc totos pro salute mea impendere dignemini . Demum cum Ecclesia Matre ad Deum confugiens dico :

Deus , qui beatam Julianam Virginem tuam extremo morbo laborantem preioso Filii tui corpore mirabiliter recreare dignatus es . Concede quæsumus ejus intercedentibus meritis , ut nos quoque eodem in mortis agone refecti ac roborati ad cælestem patriam perducamur . Per D . N . I . C .

*7tima Visitatio Sacramenti.**Actus eliciendi tempore Extrema Unctionis.*

Domine JESU , jam cubitum iturus te adoro . Et cum hunc diem totum impenderim in me ad bonam mortem preparando ; ut eam quieti concessurus eò mihi vivacius ante oculos ponam , non discedam hinc , nisi postquam in Spiritu Extremam Unctionem perceperim . Quæ (sicut Baptismus mihi contulit gratiam , ut bene vivere inceperim) *extremum vitæ meæ teste* Tidit , tanquam fortissimo præsidio muniet . Itaque percurram modò mente coram te Deo meo Eucharistico singulos sensus (hic illis applica formulam Ext . Unct . illos Crucis signando & dicendo : *Per istam S. Unctionem , Ec.*) pro quolibet petam veniam injuriarum , quas per illum tibi irrogavi , & ad resarcierendos meos per illum commissos defectus æterno Patri tuo offe-